CONSILIA
Siue Iuris Reſponſa
PETRI ANCHARANI
IVRECONSVLTI CLARISSIMI.

NVNC DENVÒ ACCVRATA MVLTORVM locorum caſtigatione in communem Iuriſperitorum vtilitatem edita, ac ſumma ſide, & diligentia elaborata.

QVIBVS NVPER ACCESSERVNT ADDITIONES
HIERONYMI ZANCHI IVRECONS. CLARISSIMI.

Summarijs vnicuique Conſilio adiectis, quibus res præcipuæ obſeruandæ breui compendio complectuntur,

INDICEQVE RERVM TOTO OPERE MEMORABILIVM ADIECTO.

VENETIIS. M.D.LXXXV.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

REPERTORIVM
OMNIVM MATERIARVM
QVAE IN CONSILIIS DOMINI PETRI DE ANCHARANO, I. V. D. CONTINENTVR, FOELICITER INCIPIT.

ABBAS ad modicum tempus bona monaſterij locare poteſt conſ. 57. numero 3 28
Abbas an repreſentet totum capitulũ quod ſine conſenſu capituli ſit validum, conſ. 57. nu. 4 8
Abbas aſſerens ſe totum capitulum repreſentare ei non præiudicat, conſ. 57. num. 6 28
Abbas quando monaſterium obligare poſſit, conſ. 301. nu. 2. 160
Abbas in cuius monaſterio eſt capella pupillariter ſubſtituta an poſſit ſe tueri præſcriptione temporis longiſſimi contra legatarium agentem ad legatum hypothecaria, uel perſonali, conſ. 139. num. 1 65
Abbates poſſunt eſſe arbitri & arbitratores, conſilio 443. numero 6 236
Abbatis aſſertioni an credatur, conſ. 171. nu. 7 87
Abbatis conſanguinei qui de ſuo pro utilitate abbatiæ expenderant repetere poſſunt, conſ. 328. nu. 6 173
Abbati quis ſuccedere poſſit, conſ. 328. nu. 5 171
Abbatiſſa executrix teſtamenti poteſt in ſuo monaſterio diſtribuere bona pauperibus relicta, conſ. 84. nu. 1 41
Abſens in quibus pro præſente haberi poſſit, conſilio 296. numero 2 156
Abſenti nullo contractu ius quæritur non interueniente nuncio uel epiſtola, conſ. 127. nu. 5 60
Abſolutus an poſſit peti a promiſsione uſurarum, conſilio 200. num. 4 102
Abſolutionis caſus in articulo mortis reſeruandus, conſilio 189. num. 5 97
Abſurditas & prauus intellectus uitari debet, conſilio 190. num. 4 97
Acceptare beneficium incertum qui poſſit, conſilio 413. numero 3 210
Acceptatio non currit ſuper beneficio incerto, conſilio 413. numero 1. & 2 220
Accuſator deficiens in probando in expenſis condemnatur, conſ. 182. nu. 1. & 7 91
Acquirere uerbum quid ſignificet, conſ. 102. nu. 5 9
Acta iudicij poſſunt per teſtes probari, conſ. 276. nu. 3 144
Acta omnibus proſunt uel nocent omnibus ſicut & ſententia, conſ. 316. nu. 2 170
Actio pro ſocio non oritur ex pacto ſubſtantiæ actionis contrario, conſ. 194. nu. 2 99
Actio utilis ſine ceſsione an tranſeat in legatarium uſusfructus nominum debitorum poſt ſatiſdationem, conſilio 363. numero 1. 2. & 5 196
Actiones de una perſona in aliam non tranſeunt ſine ceſsione, conſ. 363. nu. 4. & 6 196
Actiones hæredis oſsibus affixæ non auelluntur pacto uel conuentione, conſ. 5. nu. 2 2
Actiones contra ſocium dirigens debet eum probare ſocium, conſ. 332. nu. 6 177
Actore unum petente non poteſt reus contrarium niſi excipiendo petere, conſ. 145. nu. 2 69
Actori in terminum comparenti tanquam iudicis authoritatem ſpernenti denegatur audientia, conſ. 97. nu. 7 47
Actus ſubſequens animum fraudis præceſsiſſe monſtrat, conſil. 231. num. 3 123
Actus uitioſus præſumitur dolosè factus, conſ. 173. nu. 6 88
Actus uoluntarij in materia ſocietatis non extenduntur ultra quam geruntur, conſ. 400. nu. 1 213
Actus nullus defectu conſenſus confirmatur accedente conſenſu, conſ. 337. nu. 180
Actus ipſi demonſtrant quo iure quis interſit, conſilio 422. numero 2 224
Actus annullatur qui a non habente poteſtatem agitatur, conſil. 208. nu. 3 108
Actus iudicis quando maximè ſit ualidus, conſilio 208. numero 9 109
Actus uoluntarij ultra quàm geruntur non extenduntur, conſilio 149. num. 4 71
Actus ipſe uitiatur ſi poteſtas & uoluntas ſibi inuicem aduerſantur, conſ. 1. nu. 4 1
Actus non ſemper uarietate uitiatur, conſ. 63. nu. 6 31
Actus ut ualeat quo effectu fieri debeat, conſ. 1. nu. 3 1
Actus inualidus nec iuriſdictionem perimit nec perpetuat, conſ. 16. nu. 5 9
Actus redditur inualidus quando iudex qui inquirere debet non inquirit, conſ. 69. nu. 2 34
Actus a cauſa proxima denominari debet, conſilio 329. numero 2 157
Actus uitiatur ſi falſa cauſa & impotens eligatur, conſ. 357. nume. 2 190
Actus eſt quadruplex, conſ. 32. nu. 1 17
Aditio hæreditatis ex quibus inducatur actibus, conſilio 252. num. 3 134
Aditio ſi omiſſa fuerit, quicquid in teſtamento habetur, irritum erit, conſ. 8. nu. 2 5
Aditio hæreditatis facta uigore teſtamenti inualidi quando ualeat, conſ. 357. nu. 1 189
Aditio hæreditatis quando ualeat, conſ. 203. nu. 1 104
Aditio hæreditatis an fiat per receptionem eius quod defuncto debebatur, conſ. 324. nu. 1 171
Aditio hæreditatis facta cum dubio de uiribus teſtamenti an ualeat, conſ. 203. nu. 2 104
Adminiſtrator de bonis quæ adminiſtrat dotare præſumitur, conſ. 300. nu. 3 160
Adminiſtrator qua intentione adminiſtrare & diſponere præſumatur, conſ. 416. nu. 5 229
Adminiſtrator quilibet agnitionem bonæ fidei habere debet, conſ. 154. num. 5 73
Adminiſtratorum nomina diuerſa, conſ. 47. nu. 2 24
Adminiſtrationem bonorum ſucrum quis perdit ſi de proximo ſpes ſit deuolutionis in alium, conſ. 430. nu. 3 227
Admiſſus & præſentatus ad unum ſcientiam quando poſsit ad aliam admitti, conſ. 99. nu. 1. & 5 48
Adiudicatio iudicis ſine traditione corporali non tranſfert poſſeſsionem, conſ. 353. nu. 1. 187
Aduenticia bona non conſeruantur, conſ. 365. nu. 9 195
Adultus qui cum authoritate curatoris tutorem ab omni adminiſtratione liberauit an poſsit contrauenire, conſ. 330. nu. 2. 177
Affectio defuncti non attenditur in præferendis hæredibus, conſilio 40. num. 1 20
Affirmantibus plus creditur, quàm negantibus, conſ. 337. numero 4 180
Affinitas per fornicationẽ non contrahitur, conſ. 391. nu. 2. 209
Agens ex contractu donationis factæ per minorem repellitur exceptione nullitatis, conſ. 69. nu. 3 34
Agens ex contractu reciproco ex parte ſua debet implere pacta, conſ. 86. nu. 2 42
Agens prius implere debet conuenta ex parte ſua cum agitur ex contractu obligatorio, conſ. 74. nu. 11 39
Agnati de ſucceſsionibus ſibi delatis teſtari poſſunt, conſ. 300. num. 4 160
Agnationis dignitas in ſucceſsionibus cunctis præferenda eſt, conſ. 356. nu. 3 189
Agnationes conſeruandas iura curauerunt, conſ. 359. nu. 5. 181

CLARISSIMI IVRISCONS. PETRI ANCHARANI CONSILIA AMPLISSIMA.

Nunc primùm à multis mendis ac erroribus aliorum Impreſſorum, mira diligentia ac fidelitate emendata atque expurgata.

CONSILIVM I.

1 *Pœna laudi non ſeruati per arbitros declarata an poſſit peti contra non obſeruantem.*
2 *Præceptum arbitri in eo quod poſſibile eſt debet ſeruari, impoſſibilitate ſublata.*
3 *Actus ut ualeat quo effectu fieri debeat.*
4 *Actus ipſe uitiatur ſi poteſtas & uoluntas ſibi inuicem aduerſentur.*
5 *Arbitrium uitiatur ſi error ſeu falſa cauſa in eo inſeratur.*
6 *Omiſſum cenſetur quod in diſpoſitionibus ſtricti iuris non exprimitur.*

IN CHRISTI nomine eiuſque
Matris Virginis Glorioſæ Ma-
1 riæ, & B. Anto. Amen. † Pro iſto
Ant. quod poſſit de iure petere pœ-
nam per arbitros declaratam ui
detur caſus expreſſus in d. l. arbi
ter infra certum. ff. de arbit. Præ
terea arbitratus eſt pœnam cen
tum florenorum iſte Fraciſcus.
& licet ſubiunxerit quod debeat ſupplicare cameræ domi
ni comitis uirtutẽ, non tamen per hoc eius arbitrium
uitiatur ſuper declaratione pœnæ. Nam iſta inutilis ad-
iectio non debet uitiare iſtam utilem declarationem,
cũ poſſit ab ea ſeparari, ut l. i. §. ſed & ſi mihi Pamphy-
2 lum. ff. de uerb. obl. † Item impoſſibilitas de præcepto
arbitri de medio tollitur & præceptũ eius in eo quod eſt
poſſibile adimpleri remanet efficax & ualidum, ut l.
Celſus. §. idẽ ait, ff. de arbit. neceſſaria quidem prætermiſſa
uitiãt actum, non ſuperflua & inutiliter addita,
ut l. teſtamenta, C. de teſta. & l. quæ extrinſecus, de ver.
obl. His non obſt. contrarium ſentio & dico quod talis de-
claratio eſt inutilis quo ad fiſcum ut d. l. arbiter. ſic & eſt
inutilis, quod ad partem. Conſtat nanque quod ſuper pœ-
na ſoluenda parti non habuit animum arbiter, quia ver-
ba contra ſe habent. Pro fiſco autem domini comitis
arbitrari non potuit, quod ergo potuit non egit: quod uoluit
adimplere nequiuit. & per conſequens redditur declaratio inu
tilis, ut l. multum. C. ſi quis alteri uel ſibi. ibi dum ſibi
3 non uis, nec illi potes. † Non enim ſufficit, ut gerendi
actum quis poteſtatem habeat, prout iſte Franciſcus
habebat, ſed requiritur, ut eo effectu & opinione actũ
gerat, quo poteſt, & aliter nihil ualet, ut l. quærro. de eo
4 qui pro tu. † Nam cum poteſtas & uoluntas ſibi inui-
cem aduerſantur, actus uitiatur, ut c. cũ ſuper abbatia.
de offi. dele. Præterea dictus Fran. dicit ſe facere dictam
declarationem pœnæ vigore arbitrij & bailiæ ſibi con
ceſſæ in compromiſſo prædicto: ſed iſta cauſa eſt falſa
quia de declaratione pœnæ applicanda domino comi-
5 ti nulla fuit poteſtas. † Error ergo & falſa cauſa inſer-
ta in arbitrio uitiant ipſam declarationẽ ſicut ſenten-
tiam & aliã iuris diſpoſitionẽ, ut no. in l. ſi is ad quem.
ff. de acq. hære. & l. qui teſtamento. de excu. tut. & l. ſi.
de hære. inſtit. Fuit enim collatum in ipſum arbitrium
declarandi pœnam applicandam parti obſeruãti con-
tra non obſeruantem, ſed iſte non declarauit pœnam
applicandam parti obſeruanti, ſed fiſco & ſic præter,
ſiue extra poteſtatem ſibi datã ergo non ualet, ut l. di-
6 ligenter. ff. man. & c. cum dilecta. de reſcr. † In diſpoſi-
tionibus enim ſtricti iuris quicquid aſtringendæ, de uer.
obl. Non ob. l. arbiter. quæ arguit in contrarium. Ibi. n.
fuerunt partes ſtipulatæ pœnam fiſco in compromiſ-
ſo, ut ibi, Pro forma compromiſſi &c. Itẽ aliam pœnam
ibi, ut ibi ſtipulationis pœna &c. Debet enim intelligi
de alia ſtipulatione pœnali, quã de illa fiſci. & hoc te-
net ibi gl. & clarius Iac. But. Non mirum ergo ſi uitiata
ſtipulatione inutili altera remaneat efficax, ut d. l. i. §.
ſed & ſi mihi, de verb. obl. ſed in caſu noſtro una fuit di
ſpoſitio declarandi pœnam partibus applicandam, quod
factum nõ fuit: ergo nulla reperitur diſpoſitio, quæ ſit
parti obſeruanti ineſſe producta & perſonæ quæ expreſ-
sè in diſpoſitione non ueniunt, non ſubintelliguntur,
7 vt l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, de uerb. obl. † Non
obſt. quod duo debeant intelligi præcepta arbitri, & ſubla
to illo quod inutiliter appoſitũ, debeat alterũ remane-
re, debet. n. intelligi, cũ utrũq; mãdatũ fuit vtile a prin
cipio dũ ſuperuenit impedimẽtũ in altero: hic uero tñ
fuit vna totalis diſpoſitio declaratiua pœnæ, quæ inutili
ter in parte uitiatur tota, ut dicit Cy. in ſimili, in l. dies
feſtos, ad ſi. C. de fer. Præterea hoc dicere perſuadet di-
ſparitas perſonarũ & dñi comitis & Antonii. Nã arbi-
triũ ad relatũ fiſcũ dñi comitis non conuenit arbitrio de
claratiuo pœnæ in perſonã Ant. Non põt. n. declaratio
pœnæ concernens tã illuſtrem principem ad Anto. ada-
ptari. cuius eſt habenda diuerſa rõ, nõ eadẽ in arbitran
do pœnã diuerſorũ: ergo diuerſa rõ & conſideratio eſt
habenda, & de uno ad alterum non infertur. ut l. ſi ma
ritus. C. de don. inter vi. & uxo. & l. Papinianus exuli, de
mino. Ex quib. pro uarietate cõcludo d. Ant. nõ cõpete-
re ius agendi ad dictam pœnam iuxta formã dicti arbi-
tri aliũ licet inutiliter concernentẽ rõnib. ſupradictis.

ADDITIO.

a Secundum hoc conſ. fuit iudicatũ, ut ipſe aſſerit in clem. i. de homi.
vt teſtatur etiã poſt. ad Alex. cõſ. 92. nu. 18. vol. 1. Hieron. Zanchi.

CONSIL. II.

1 *Immunitas certis communitatibus conceſſa a communitate Florentiæ an poſſit per eandem reuocari.*
2 *Diſciplinam ſimilem in legibus ſentiunt qui cum alijs ſimilem uitam ducunt.*
3 *Princeps fide recta præfulgere debet.*
4 *Priuilegia a iure uel principe conceſſa minui & in totum poſſunt tolli.*
5 *Intentio dubia diſponentis declaratur ſubſequentibus uerbis.*

In Chriſti nomine eiuſq; Matris Vir-
ginis glorioſæ Ma-
riæ & B. Anto. Vt tactum eſt ſ. per dños & maiores meos
non eſt hic inueſtigandũ de poteſtate cõis Florentiæ,

conſultum eſt per excellentiſſimos Doctores tam ſcribentes quam ſubſcribentes & quoniam plenitudo non recipit adiectionem, ut ſ. pleniſſimè, prout oportuit, allegatũ eſt, nihil mihi adijciendum apparuit, & in teſtimonium ſubſcripſi, & ſigillum meum imprimi iuſſi. me tamen illud mouet potiſſimum ſ. relatũ communis, ſ. Imolæ inconcuſſa poſſeſſio, tam longiſſimi temporis, & quod uitæ hominum menſuram exceſſerit, cuius temporis uetuſtiſſimi præſcriptio etiam contra Romanam obtineret eccleſiam, quæ centum annorum prærogatiua lætatur, ut in Auth. ut eccleſia Romana. §. nec de tituli inutilitate tractandum eſt, cum & ſi nullus titulus acceſſiſſet, ſola tamen per ſe poſſeſſio continua atque ita uetuſtas ſufficeret, cũ ius commune contra poſſidentem non faceret, ut in l. j. extra de præſcrip. lib. vj. & d. Auth. ut Roma. eccle. ſpa. cen. anno. Si itaque nullo penitus titulo præcedente commune Imolæ ex ea poſſeſſione ius ſoli acquiſiuiſſet, multo magis inutilis titulus ex ipſa poſſeſſione iuuabitur, argu. C. de rei vxo. act. in princ.

Et ita etiam, prout ſcriptum & concluſum eſt per præfatos elegantiſſimos Doctores ſub plena & diffuſa iurium allegatione, uidetur mihi Benedicto de Plumbino legũ Doctori hac potiſſima ratione adiecta, quia cum conſtat ex propoſitis conceſſionem & inueſtituram ſecundo ſiue tertio loco factam ſyndici communis Imo. per præfatũ Dominum Abbatem Hen. cum ſolenni tractatu monachorum monaſt. ſui de licentia ſua & conſenſu domini Epiſcopi, ſiue Archiepiſcopi Rauennatis pro utilitate ipſius monaſt. & ſic apparet ſeruatam fuiſſe ſolennitatem de qua habetur in c. dudum. de reb. ecc. non alie. lib. 6. in cle. monaſteriorum. eo. ti. lib. 6. cũ his, quæ ibi plenè not. quæ etiam ex lapſu diuturni atque longiſſimi temporis ſeruata intelliguntur, iuxta no. plenè per Cy. & alios, C. de fide inſtru. l. emancipatione. habemus propoſitum, quod eſto quod eſſet, uel dicitur finita ipſa emphyteutica conceſſio & inueſtitura & renouationes poſtea factæ de ea, certè in tractatu nouæ renouationis & conceſſionis faciendę debet præferri ipſe primo emphyteutæ & ſic ſyndicus dicti communis Imo. qui poteſt hoc de iure impetrare, & idẽ debet concedi, & ſimiliter ſi contrarium fieret diceretur ei iniuria fieri, ob quem poſſet querelare & appellare, ut plenè legitur & not. in tex. & gloſ. & per Barto. ff. de aqua quo. & eſti. l. j. §. præmittitur. ubi per Bartolum dicit, quod ſi emphyteuſis ſit finita per generationẽ in ea comprehenſam poſſunt deſcẽdẽtes poſtea petere pro eis, ut firmatio fiat, & appellare ad ſuperiorem, pro hoc quod refirmatio fiat, quod ualde facit ad propoſitũ noſtrum. & ita tam per ualentes uiros vidi eſſe conſultum & ad fidem prædictis propria manu ſubſcripſi & conſuetum ſigillum mei nominis apponi feci.

ADDITIONES.

Auctor iſte fuit conſiliarius ſalariatus Ant. Venerij Principis Veneti, ut ipſe dicit in c. canonum ſtatuta, fol. 22. col. prima, & uide in lib. magno, in uerbo, conſiliario.

Et fuit ueridicus iuris iterpres ſecũdũ Socin. cõſ. 74. poſt nu. 8. vol. j.

Et iuris luminarium, ut per Bologn. conſ. 38. prope finem.

De eius laudibus habetur etiam per Menar. conſ. 19. pag. 22. in f.

Verũtamẽ forte pecunia & aurũ decepit eũ, ut not. ſupra ad conſ. 84.

Super eius teſtamento conſuluit Aleſand. conſilio 37. uolum. 7.

F I N I S.

REGISTRVM.

*** A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg.

Omnes ſunt quaterniones, præter **, qui eſt terniones.

VENETIIS, MDLXXXV.